Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



non vtiq; iudicabunt. Dñi iudica
uit autē. a dño corripimur:
vt nō cū hoc mūdo damnemur
Itaq; fratres mei cū ad emendū
ad manducandū: inuicem ex
spectate Si quis esurit domi
manducet ut nō in iudicium
queniatis Cetera autē cū vene
ro disponam:

DE spiritib; aut nolo vos
ignorare fratres Gri
ci autē quoq; cū gentes
essetis: ad simulacra muta p
ut ducebamini euntes Ideo nōtū
vobis facio: q; nemo in spū dei
loquens dicit anathema ihesu
et nemo pt dicere dñm ihū: nisi
in spū sancto. Diuisiones vero gra
ciarū sunt: idem autē spūs et di
uisiones ministrationū sunt: idem
autē dñs et diuisiones operi
onū sunt: idem vero deus qui
operat omnia in omnibus. Vnicuq;
autē datur manifestatio spūs ad
vtilitatem Alij quidem per spiritum
datur sermo sapiē: alij autē sermo
scie secūdū eundē spūm alteri
fides in eodē spiritu alij gra
tia sanitatū in vno spū alij ope
ratio virtutū. alij prophetia. alij
discretio spirituū: alij genera
linguarū: alij interpretatio ser
monū. hec autē omnia operatur
vnus atq; idem spūs: diuidens
singulis prout vult Sicut enim
corpus vnum est: et membra ha
bet multa. omnia autē membra
corporis cū sint multa. vnum tamen
corpus sunt: ita et xpūs Etenim
in vno spū omnes nos in vnū cor
pus baptisati sumus siue iudei si
ue gentiles siue serui siue li
beri: et omnes vno spū potati
sumus Nā et corpus nō est vnum
membrum sed multa Si dicet pes
quia non sum manus: non sum de cor
pore: nō ideo nō est de corpore
et si dicet aures. quia non sum
oculus. nō sum de corpore: nō ideo
nō est de corpore Si totum corpus
oculus vbi auditus Si totum au
ditus. vbi odoratus. Nunc autē
posuit deus membra: vnumquodq;
eorum in corpore sicut voluit Quod
si essent omnia vnum membrum. vbi
corpus Nunc autē multa quidem
membra: vnum autē corpus Non
pt autē dicere oculus manui. Opo
ra tua nō indigeo. aut iterū
caput pedibus: nō estis mihi
necessaria Sed multo magis que
videntur membra corporis infirmi
ora esse: necessariora sunt. Et
que putamus ignobiliora mem
bra esse corporis: hos honorem ha
bundantiorem circūdamus Et que
inhonesta sunt nostra habundantio
rem honestatem habent. honesta autē
nostra nullius egent. Sed deus tem
perauit corpus. ei cui deerat ha
bundantiorem tribuendo honorem
ut nō sit scisma in corpore: sed in
id ipsum pro invicem sollicita sint
membra Et si quid patitur vnum
membrum compatiuntur omnia membra
siue glorificatur vnum membrum. con
gaudet omnia membra. Vos autē
estis corpus xpi: et membra de
membro Et quos ergo quidem posu
it deus in ecclesia. primum apos
tolos. secundo prophetas. tertio doc
tores: deinde virtutes. deinde
gratia curationum: opitulationes.
gubernationes. genera linguarū.
interpretationes sermonum
Numquid omnes apli. Numquid omnes
prophete. Numquid omnes doctores
Numquid omnes virtutes Numquid
omnes gratiam habent curationum.
Numquid omnes linguis loquuntur